Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



et ihc. Bene dixisti: quia non habeo uirum. Quinque enim uiros habuisti: et nunc quem habes non est tuus uir. Hoc uere dixisti. Dicit ei mulier: Domine uideo quia prophета es tu: patres nri in monte hoc adorauerunt. Et uos dicitis quia Ierosolimis est locus: ubi adorare oportet. Dicit ei ihc. Mulier crede mihi: quia uenit hora qn neq; in monte hoc neq; in Ierosolimis adorabitis patrem. Vos adoratis qd nescitis: nos adoramus quod scimus quia salus ex iudeis est. Sed uenit hora: et nunc est qndo ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu et ueritate. Nam et pater tales querit: qui adorent eum. Spiritus est deus: et eos qui adorant eum in spiritu et ueritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio qa messyas uenit: qui dicitur xpc. Cum ergo uenerit: ille nobis annunciabit omnia. Dicit ei ihc. Ego sum qui loquor tecum. Et continuo uenerunt discipuli eius: et mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit ei: quid loqueris cum ea aut qd queris? Reliquit ergo hydriam suam mulier: et abiit in ciuitatem: et dicit illis hominib: Venite et uidete hominem: qui dixit mihi omnia quecumq; feci. Numqd ipse

92

est xpc? Exierunt de ciuitate: et uenerunt ad eum. Interea rogabant eum discipuli eius dicentes. Rabbi manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare: quem uos non scitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem. Numquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis ihc. Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me: ut perficiam opus eius. Nonne uos dicitis qd adhuc quatuor menses sunt et messis uenit? Ecce dico uobis. Leuate oculos uros et uidete regiones: quia iam albe sunt ad messem. Et qui metit mercedem accipit: et congregat fructum in uitam eternam. ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit. In hoc enim uerbum uerum est: qa alius est qui seminat et alius est qui metit. Ego misi uos metere: qd uos non laborastis. Alii laborauerunt: et uos in labores eorum introistis. Exiuitate autem illa multi ex ciuitate credidierunt in eum samaritanorum. Propter uerbum mulieris testimonium phibentis: quia dixit mihi omnia quecumq; feci. Cum uenissent ergo ad illum samaritani: rogauerunt illum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et